







1780, 7 97

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**TEMPORIBVS LEGITIMIS**  
EX  
STATVTIS LVBESENSIBVS COLLECTIS  
EORVMQVE CVM DISSONANTIA, TVM  
CONVENIENTIA CVM IVRE CIVILL.

418

Q V A M  
**SVB AVSPICIIS REGIIS**  
ILLVSTRIS  
ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R O  
*SVMMIS IN IVRE CAPESSENDIS HONORIBVS*  
PVBLICE DEFENDET

**LVDOVICVS MENTZE.**  
LVBECENSIS.

DIE XV. IVNII MDCCLXXX.

**GOTTINGAE**  
*Litteris IOH. CHRISTIAN. DIETERICH*  
ACAD. TYPOGR.





DISSERTATIO IN ACADEMIA

DE

TEMPORIBUS LEGITIMIS

EX

STATUTIS LITENSIBUS COLLECTIS  
FORMISQUE CUM DISSENTANTIA TUM  
CONVENTIONIA CUM VIRE CIVILE

Q. V. A. M.

SUB AUSPICIS REGIS

ILLUSTRIS

LECTURAM ORDINIS AUCTORITATE

ERGO

SYMMIS IN RE PESSIMIS HONORIBUS


ADOLPHICVS MENTZE

DIE XVI IANUARI MDCCXXX

GOTTINGAE

LIBRARIJ LOR. CHRISTIANI DIETTERICH

ACAD. TIBURIS





SPLENDIDISSIMO ATQVE AMPLISSIMO  
LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII  
REIPUBLICAE LVBECENSIS

SENATVI

MAGNIFICIS, CONSULTISSIMIS ATQVE  
PRVDENTISSIMIS

DOMINIS

DN. CONSVLIBVS

DN. SYNDICIS

DN. SENATORIBVS

INTERQVE EOS

VENERANDO AVVNCVLO

MATTHAEO RODDE

DN. PROTONOTARIO

ET

DN. SECRETARIIS



PATRIAE PATRIBVS  
BENIGNISSIMIS  
PATRONIS ET FAVORIBVS SVIS  
OBSEQVIOSE VENERANDIS

<sup>HOC</sup>  
VALECVNQVE STVDIORVM SVORVM  
SPECIMEN INAVGVRALE

<sup>CVM</sup>  
DEVOTISSIMA SVI COMMENDATIONE CONSECRAT

MATTHAEO RODDE  
DR. PROTONOTARIO  
ET  
DR. SECRETARIO

AVCTOR.



C A P I T U L U M  
P R O O E M I V M .

Quum in votis haberem, thema aliquod ex iure patrio, loco speciminis inauguralis pertractare, placuit ex plurimis, a Viro affinitate pariter ac amicitia mihi coniunctissimo, IOHANNE DANIELE DEHNS, amplissimi Senatus Secretario ordine secundo, mihi propositis thematibus illud, quod diuersa ac singularia indicat tempora, a statutis libecensibus, diuersis in casibus praescripta.

Me quidem non fugit, electam materiam multis difficultatibus innodatam atque ita comparatam esse, vt commentatorem requirat in rebus causisque domesticis exercitissimum. Verum semel est iacta alea, nec amplius recedendum. Bene aut male cedant conatus, iusta semper laborum constabit ratio. Quenam enim metuenda tironi censura? Aequos potius ac mites arbitros poscere sibi videtur aetas ferme immatura, et curta ingenii, iudicii, doctrinaeque supellex, praesertim si scribendo voluntati eorum, quibus omne obsequiorum genus et summam reuerentiam debemus, obtemperandum est.

Quod si vero petenda est venia, eam vt dent omnes quotquot ad nostrum munusculum litterarium accedant lectores, impense rogatos volumus.



## C A P. I.

TEMPORA LEGITIMA EX STATVTIS  
LVBECENSIBVS CIRCA IVRA PER-  
SONARVM.

## §. I.

**T**empus legitimum sensu generali, est certum spatium, personis, negotiis et actionibus a lege seu statuto praescriptum.

Sensu speciali vero, illud spatium, intra quod aliquid fieri debet, quodue neglectum in praeiudicium negligentis cadit, significat.

Occurrunt in statutis lubecensibus varia eiusmodi tempora, quorum recensum iam iam inire lubet, et quidem ex ordine, quem patria seruant statuta, nisi res ipsa, et tractationis natura hinc inde ab eo paullisper recedere suadeant.

Totum quidem opusculum quatuor Capitibus absolueret animus erat, sed angustia temporis vela contrahere iubet. Discedendum enim mihi maturius, quam antea spes erat. Ne igitur quid deesse quereretur quis, duobus capitibus, quae iam elaborata vides, reliqua, otium si forte suppetet, et quidni? adiiciet.

## §. II.



## §. II.

*Tempus trimestre, peregrinis Lubecae degentibus praescriptum quo elapso ius ciuitatis acquirere debent.*

Primum, quod in statutis inuenio Tempus, ad peregrinos, qui Lubecae viuunt attinet; Hi enim si certum tempus ibidem commorati sunt et amplius commorari cupiunt, propriam oeconomiam aut negotia ciuibus propria instituentes, ius ciuitatis acquirere, *das Bürgerrecht gewinnen*, debent.

Antequam vero de illis loquar, breui quodam excursu de filiis ciuium agendum erit; quando nempe hi ciues *a*) fieri debeant; de quo quidem cum statutis nil sit expresse praescriptum, omne ex vsu et obseruantia diiudicandum venit. Scilicet, vt iure ciuili *b*) ius ciuitatis a patre impetratum ad liberos transmittitur, ita etiam Lubecae filius a patre ciue natus iure ciuitatis per natiuitatem gaudet, et ciuis originarius nominari meretur *c*); sed eodem fruitur, vt ita dicam, actu tantum primo, exercitium autem eiusdem iuris illi non conceditur, antequam renouationem aut confirmationem *d*) illius, a magistratu soluta vsitatae pecuniae quantitate *e*) *des Bürgergeldes*, et praestito iuramento *f*) impetrauerit. Termi-

*a*) originem huius vocis explicat HILDEBRANDT seu resp. BALEMANNVS in diss. de iure ciuium originariorum cap. I. §. 2. MEVIUS in Comentario ad ius lubecense, ad rubrum Tit. 2. Libri I. n. 8.

*b*) lex 7. C. de Incolis. MEV. l. c. n. 13.

*c*) HILDEBRANDT. Cap. I. §. 4. cf. generosissimus de SELCHOW in Elem. iur. germ. §. 314.

*d*) ita hunc actum nominat HILDEBRANDT Cap. I. §. 14. et c. II. n. 12.

*e*) quae variat secundum status qualitatem eius, qui confirmationem petit.

*f*) iuramenti praestatio fit coram Senatu in pleno, quod vocant *Audienz*.



Terminus ad hoc suscipiendum nemini quidem praescriptus est, nec praescribi potuit, quia tunc temporis praesatur, quando quis vel propriam oeconomiam instituit, vel uxorem ducit g). At vnico casu statutis compelluntur indigenae ad confirmationem petendam; nempe si minores adhuc sunt, et veniam aetatis petunt, qua impetrata in continenti ciues fieri debent secundum Art. 7. Tit. 2. Lib. I. h).

MEYVS i) quidem huius articuli dispositionem declarat de casu, si maior factus adeat magistratum, vt iste publice declaret, illum maiorem esse; sed aliter explicanda esse verba statuti docent STEINIVS k) et SIEBRANDVS l).

Sed reuertor ad tempus legale, quod se mihi offert ratione peregrinorum in vrbe nostra commorantium, vbi statutum Lubecense, cum a iure ciuili, tum aliis complurium locorum consuetudinibus m) longe discrepat.

Iure ciuili nemo peregrinorum, etiamsi per longum tempus Romae degebat, ius ciuitatis acquirere cogebatur, sed licebat iis ibi commorari, et quidem, si vellent, in perpetuum n). Lubecenses vero multo duriores fuere olim dum art. 2. Tit. 2. Lib. I. o) post

g) qui uxorem ducere cupit, proclamationem Lubecae vsitatam, non impetrat, antequam probet se acquisiuisse, aut exercitum iuris ciuitatis, aut dispensationem a magistratu.

h) Wann ein Iüngling vor dem Rathe sich mündig will erkennen lassen: so soll er auch alsbald in Continenti Bürger werden.

i) in Com. ad h. a. n. 5.

k) in seiner gründlichen Abhandl. des Lübbischen Rechts P. I. §. 54. p. 74.

l) in Comment. ad ius publ. Lubec. P. I. Sect. 34.

m) Statutum Hamburgense, P. I. tit. 2. art. 2. decennium praescriptioni iuris ciuitatis praescribit vid. CORDES in diss. de temporibus legal. ex statutis Hamb. §. I.

n) cf. TRECKELIVS Select. antiq. rom. P. I. c. 4.

o) Welcher Mann mit seinem Weibe und Kindern in die Stadt kömpt, oder sich alda besreyet, so wohl auch ein ledig Geselle, oder andre Per-



post trium mensium spatium, ad receptionem ciuitatis adigunt peregrinos, propriam oeconomiam et genus opificii instituentes, nimirum ad onera quae ciuibus incumbunt, ferenda p).

Vti vero saepissime accidit, vt peregrini in vrbe nostra praefertim commerciiis dediti, diutius quam per tres menses degere necessum habeant, non potuit, quin articuli huius applicatio, aut plane non, aut saltem non adeo commode locum inueniret, quamobrem Senatus Lubecensis notificationem die 30 Iulii anno 1670 publicauit q) perquam mercatores et opifices dilatione trium, aut plurium annorum gaudent. Ceterum ab articuli nostri dispositione exemptos esse eos peregrinos, qui metu periculi et armorum ac necessitate coacti in urbem confugiunt, itemque eos, qui hospitii iure gaudent, luculentissime ostendit MEVIVS r).

### §. III.

#### *Tempus annale praescriptionis libertatis.*

De receptione ciuium locuti sumus. Quum vero saepe confingeret olim, vt homines aliorum dominorum proprii in ciuium numerum reciperentur, ex quo multa ciuitati Lubecensis noxia oriebantur dissidia, dum domini hominum propriorum aut

*Person, wes Standes die seyn möge, so Rauch und Feuer halten will, der oder die mögen woll drey Monat darinnen wonen: Nach der Zeit, wollen sie länger bleiben, so sollen sie die Bürgerschaft gewinnen.*

p) Hanc statuti sanctionem saepius olim per Mandata senatus repetitam esse, Vir ill. et ad cineres vsque colendus I. C. H. DREYERVS in der Einleitung in die Lübschen Verordnungen p. 97. narrat.

q) inuenies hanc Notificationem in Codicis iuris lubec. de anno 1728 appendice p. 118.

r) in Com. ad h. tit. 2. n. 19. 21. 53. 34. 40 sqq.

B



aut eosdem, aut mortuarium ex bonis ab iisdem relictis impetu adeoque igne et gladio postulabant: Deinde et durum esset, ciuem a propriis focis et negotiis, quibus reip. prodesset, in conditionem seruilem auocare; tempus perquam breue iuri communi et antiquis germaniae moribus contrarium, nempe anni et diei *s*) introductum est, quo elapso, domini iuri vindicandi aut seruum, aut bona eius, praescriptum esset *t*).

Iuri communi contrariam esse hanc dispositionem antea dixi, quod exinde patet; quia iure rom. seruus fugitiuus se alibi pro libero gerens, fur ipsius habetur *u*) nec umquam ideo libertatem acquirat, quod longissimo tempore in libertate moratus sit *x*).

Similiter iure canonico seruus fugitiuus contra dominum suum, libertatem haud praescribit, nequidem longissimi temporis spatio *y*), quia semper in mala fide est constitutus, qua posita, nemo secundum iuris can. principia, uti potest praescriptione, quam illud semper bonam fidem requirat *z*).

In moribus veterum germanorum, nisi Gothi et Burgundiones exceptionem faciant, nullam praescriptionem libertatis inue-

*s*) annus et dies praecipuum tempus legale Lubecensium est, ideoque semel dicam, quod annus uti semper pro spatio dierum 365; dies vero simili modo pro spatio 24 horarum sit accipiendus.

*t*) hanc veram esse rationem introductionis huius praescriptionis, breui spatio inclusae, affirmat ill. DREYERVS Lib. cit. p. 79. et gen. de SELCHOW. Elem. iur. germ. §. 313. ideoque eos, qui alteram substituunt, uti STEINIVS P. I. §. 80. p. 107. errare apertum est.

*u*) L. I. C. de seruis fugitiuis.

*x*) L. I. C. de longi temp. praescript. L. 22. §. I. C. de agricolis et censiticis.

*y*) idem sentit FABER in Codice lib. VII. tit. 4. Def. I. sed contrarium affirmat HVSANVS de hominibus propriis. Qu. V. n. 8.

*z*) c. 2. de regulis iuris in 6to cf. Perillustr. G L. BOEHMERI principia iuris can. Lib. III. Sect. V. Tit. IX. § 635.



inuenimus, (quod nemo melius RECIO V. C. a) ostendit,) partim, quia in ciuitatibus dedecori videbatur ciuibus hominem proprium in ciuitatis consortium recipi b); eoque magis per Imperatores interdictum erat, ne homines proprii ad ius ciuitatis aspirarent c) vnde Paroemia: *keine Henne steigt über die Mauer*, exorta esse videtur d), quod significat, eum, qui ad praestationem gallinae, in qua potissimum census, quem homines proprii domino suo porrigebant, consistebat, obligatus est, a receptione in consortium ciuium excludendum esse.

Lubeca vero, per Priuilegium Leonis, Ducis Saxoniae et Bauariae ius illud singulare obtinuit, quod ipsi ab Imperatore Friderico anno 1188 confirmatum fuit e) et quod hodie partem statutorum efficit, ac in art. 3. tit. 3. Lib. I. legitur f).

Iure Lubecensi igitur hominem proprium etiamsi inuito et nesciente domino auflugerit et ciuitatis ius acquisierit, post annum et diem ipsa haec acquisita ciuitas ab omni vindicatione pristini domini prorsus liberat, adeo vt agenti domino obstat

B 2 iuris

a) in tractatu de Praescriptione germanica cap. XVII. per tot. quod agit de praescript. seruitutis personarum. cf. etiam HEINECCIUS in diff. da Praescriptione annali lubecensi §. XI.

b) vid. gen. de SELCHOW. l. c. §. 213.

c) Causas abunde ostendit WALCH, de homine proprio ciuitatis experte.

d) HERTIVS paroem. iur. Lib. II. paroem. XI. p. 657.

e) vid. LVNIG. R. Archiv. P. II. p. 1330.

f) verba haec sunt: *Wenn aber ein Bürger in einer Stadt da lubisch Recht gebraucht wird, Jahr und Tag gefessen hat, und alsdenn von einem andern als sein eigen Mann angesprochen, und solches mit Zeugen, das er eigen wäre bewäiset würde, kann dagegen der Bürger durch Rathmannen oder besessene Bürger wahr machen, das er über Jahr und Tag am Bürgerrecht und Bürger gewesen, und in der Zeit unbesprochen blieben: so bleibet er der Ansprach ledig und frey.*



ius competentis praescriptio. Sed ut haec praescriptio valeat requiritur

1) ut probet ciuis per Senatores, (RATHMANNE) qui receptioni eius adfuerit, aut per ciues possessores rerum immobilium (besessene Bürger,) se gauisum fuisse iure ciuitatis per annum et diem.

2) Ut ipsi intra hoc tempus a domino suo nulla de seruitute quaestio sit mota, (dass er unbesprochen geblieben) nam regulae generales de praescriptione et hic locum habent, secundum quas nemini praescriptio siue ciuilitate, siue naturaliter interrupta prodesse possit.

3) Ut palam atque, ut ita loquar, in oculis omnium versatus sit per annum et diem, ita enim domino licuisset, eum intra hoc tempus vindicare, quod si non fecit propriae negligentiae poenam merito ipse luat.

Hisce requisitis strictè obseruatis ab omni impetitione liberatur *g*) et pro libero homine itemque ciue lubecensi habetur: Similia priuilegia aliis ciuitatibus concessa esse, abunde ostendit supra laudatus RICCIVS *h*) nec non HEINECCIUS *i*), quibus, breuiter sed magna cum diligentia elaboratam dissertationem G. W. BENEKE *k*), adiicio. Quum vero praedicti Doctores iura septentrionalia, quae tamen, ut BALEMAN-  
NVS

*g*) an etiam ab aestimationis petitione? MEVIUS in Com. ad h. a. 129. affirmat, et quidem ex ratione, quod libertas, ex praescriptione acquisita, non possit amplius ex pretio aut redemptione acquiri. HEINECCIUS vero in diff. cit. §. XVI. id negat, quia durum esset dominum probato dominio, non homine tantum, sed et eiusdem aestimatione priuare: mihi videtur MEVII sententia verior, et locum habere vulgatum illud, quamquam durum sit, tamen esse scriptum.

*h*) l. c. §. XVII.

*i*) cit. diff. §. XIII.

*k*) de praescriptione germanorum annali. Giesae 1740.



NVS *l*) ostendit, ius lubecense egregie declarant, non adhibuerunt, loca ex iisdem, praescriptionem annalem concernentia sublegere iuvat *m*): Leguntur autem in statutis Slesuicenfibus anno 1150 confectis cap. 88. haec verba.

*Een Mann van vernè gekamen, und is Börger worden, und wanet he Jahr und Dag und wart darva beschuldiget, dat he eegen sij, de reenige sick mit XII Börger eeden.*

Statuta Flensburgensia de anno 1284 art. 21. eadem verba continent. Leges anglo-Normanicae *n*) ita disponunt:

*Si serui permanserint sine calumnia (i. e. ohne Ansprache ihres Herrn) per annum et diem in ciuitatibus nostris, a die illa liberi a seruitutis iugo exempti sint in perpetuum.*

Nec mirum profecto est, maiores nostros eiusmodi priuilegium impetratum statutis patriis inseruisse, quum in praescriptione hac lapsus tantummodo temporis, non vero bonafides attendatur, ob fauorem, uti conicio libertatis, quippe quae semper apud nostrates pro re inaeestimabili habita est, et ut hac ratione iugum seruitutis homini cui non diu officiat, quo minus commodis ex ciuitate promanantibus secure frui possit.

Quum vero novioribus temporibus principia iuris canonici in praescriptionis materia sint recepta, non omnino seruus fugitiuus iure ciuitatis lubecensis praeditus per praescriptionem hanc annalem a vindicatione domini liberatus erit. Quid? quod Senatus ob tot tantasque lites ex his causis praeiudicialibus necessario oriundis, dominis strenue vindicantibus, reis vero ad

B 3

liber-

*l*) in diss. de foemina ex antiquitatibus legibusque romanis, germanis et praecipue lubecensibus.

*m*) quae statutorum loca, ex speciali gratia summe venerandi DREYERI mecum communicata sunt.

*n*) apud WILKIVM in Collect. Legum Anglo-Saxonicarum p. 229.



libertatem proclamantibus, praescriptione annali tutis, omnes fugitivos commoratione in vrbe interdicens, immo ex ea eiiciendos esse decreuit\*).

§. IV.

*Terminus maioris aetatis annus vigesimus quintus.*

Tempus legale, quod statutum nostrum ratione maioren-  
tatis determinat, penitus cum iure civili conuenit, quamquam  
ab aliorum Germaniae locorum legibus *p*) discedat. Ius ci-  
uile enim masculos et foeminas vigesimo quinto aetatis anno  
transacto quo maioribus declarat *q*), cuius sanctionem in reui-  
sione et emendatione iuris lubecensis anno 1586 facta *r*), emen-  
datores secuti videntur, nam olim maiorennis erat is, qui an-  
num decimum octauum attigerat, vti ex Codicibus antiquis iu-  
ris lubecensis *s*) apparet: Atque in eo cum aliis Germaniae in-  
ferioris statutis conuenire, quae offendit HOFFMANNVS *t*).

Post

\**)* vid. DREYER Einleit. p. 96.

*o*) Hamburgenses olim maiorenntatis terminum ad annum XVIII con-  
traxerant. P. I. Tit. IX. art. I. statutorum cf. CORDES de temp. le-  
gal. ex stat. hamb. §. III.: sed noua sanctio anno 1732. publicata in  
foeminis 18 in masculis 22 annos statuit. generof. de SELCHOW §.  
200. n. 7. et ibi cit. HOFFMANNVS de maioris aetatis termino etc.  
c. 4. §. 8.

*p*) ius Saxonie. annum 21. statuta Bremensia 18 an. praestiterunt, plura  
germ. loca vides apud Generof. de SELCHOW. l. c.

*q*) quod docet rubrica tituli P<sup>o</sup> de minoribus 25 annis item L. I. §. 2.  
L. 3. h. t.

*r*) Causam, quae mouit lubecenses ad emendationem instituendam  
darrat ill. DREYERVS lib. cit. p. 244. sqq.

*s*) Locus Codicis iuris lubecensis de anno 1254. tit. 61. ab ill. DREY-  
ERO mecum communicatus, hic est. *Noch Pape, noch Vrowe,  
noch Mannes horet beneden 18 Jahren mak Sake vordern vor Ge-  
richte, noch antworten, noch uplaten, oste geuen ane Vormünder.*

*t*) in diss. cit. §. 13. sqq.



Post reuisionem igitur maiorenes sunt, qui ad annum 25, peruenerunt, vti verba art. 6. tit. 7. Lib. I. loquuntur *u*). Iuuenis igitur nondum hunc annum egressus, neque bonorum suorum administratione gaudet, sine tutorum consensu ac voluntate; neque se obligare sine tutorum auctoritate potest *x*); neque illi fas est ante completum illum annum sine tutorum consensu, in iudicio aut partes actoris aut rei gerere, aut cessionem coram Senatu facere (*gerichtlich auflassen*) *y*) aut procuratorem constituere. Vide statutum art. 8. eiusd. tit. et Lib. 3).

Ita vero de masculis dispositum est, foeminae enim, quum sub perpetua tutela maneant *a*), quae tamen cura sexus a cura aetatis maxime differt, vti docet *gen. de SELCHOW* *b*) ab omni-

*a*) Ein Jüngling unter fünf und zwanzig Jahren, kann sein Gut nicht verkaufen noch alieniren ohne seiner Vormünder Consenz und Willen etc. — Wann aber die fünf und 25 Jahre verflossen seyn, so soll der Jüngling alsdenn sein Gut selbst empfangen, und ihm alsdenn selbst rathen und vorstehen, doch so ferne er kann und dazu tüchtig ist.

*x*) Verkauft er etwas, oder steckt sich in Bürgschaft, oder verspricht etwas, ohne der Vormünder Vollwort, das ist zu Recht unkräftig.

*y*) quod sit, renuntiatione iuris sui in re immobili, facta ab alienante coram magistratu tamquam iudice competente, vt id pluribus explicat *KLEINIVS* in *diff. de resignatione iudiciali* C. I. §. 13. 22.

*z*) Es soll kein Mannsperson unter 25 Jahren, wie sonst Frauen und Jungfrauen zu keinen Zeiten Macht haben; Sachen im Gerichte zu führen, weder durch Klage, noch durch Antwort, sollen auch nicht auflassen vor dem Rathe, noch jemand volnmüchtig machen, ohne der Vormünder Consens und Willen.

*a*) stat. lub. Lib. I. tit. 7. art. 4 et 8. tit. 9. a. 5. tit. 10. art. I. Lib. III. tit. 6. art. 13. *STEINII* Einleitung zur iurischen Rechtsgelehrsamkeit §. 122. p. 134. *Gen. de SELCHOW* Lib. saepius laud. §. 195.

*b*) §. 519. ibique Scriptores, qui hanc rem pertractarunt allegat. Praecipue vero in eo excellit *BALEMANNVS* in *diff. §. 3.* citata; vbi rem cum ex antiquissimis moribus et legibus, tum institutis septentrionalibus et statutis locorum in Germania sitorum elegantissime eruit.



omnibus fere negotiis, quae masculos maiores intuitu administrationis bonorum et comparationis in iudicio decem arcentur c); ita ac si nunquam ad maiorennitatis terminum pervenire possint d).

## §. V.

*Tempus trimestre intra quod vidua tutores sibi suisque liberis petere debet.*

Quum paragrapho antecedente dictum sit, foeminas sub perpetua tutela manere, atque hanc durante matrimonio in maritum transferri constet e); sequitur, finito eo, viduam tutore carere; ideoque sibi suisque liberis, si adsunt ex matrimonio, eligere debere tutores, quod art. 12. tit. 7. Lib. 1. imperatum est f).

Iure romano mater liberis tutores petere debet intra annum sub iactura iuris succedendi g), quae quidem sanctio, quum plures

c) de SELCHOW. l. c. item textus supra cit.

d) Sed longe aliter res sese habet in foemina mercatrice. Haec enim in negotiatione ipsa et omnibus negotiis, quae ad mercaturam spectant foemina non pro, sed pro viro, itemque, quum quilibet qui in arte contraxit, pro maiore habetur, et illa pro tali habetur: et hoc respectu omnia negotia virilia gerere potest, cessantibus beneficiis, alias sextui imbecilliori propriis. Gen. de SELCHOW §. 196. Quum vero iura et obligationes foeminae mercatricis hoc loco enumerare contra instituti rationem foret, sufficit, vt scriptores denominem, qui de hac re satis et prolixè commentati sunt. Praeprimis hic nominari meretur MEY. in Com. ad Lib. 1. tit. 7. art. 8. iur. lub. BALEMANN; Sect. 2. c. 1. §. 10. et c. 5. §. 7. sqq. Ceterum catalogum scriptorum exhibet de SELCHOW l. c.

e) cf. Gen. de SELCHOW §. 465 et 519, item STEINIVS in *seiner Abhandl. der lub. Rechte* P. 1. §. 88.

f) *Eine jegliche Witfrau sol nach Absterben ihres Ehemannes, binnen einem vierthel Jahre Vormünder für sich und ihre Kinder erwählen, und von dem Rath bestätigen lassen, bey Strafe gemeldetes ehrbaren Raths.*

g) §. 6. l. ad Sct. Tertullianum. L. 2. §. 23. D. eod.



plures patiatur limitationes, easdem recenset CARPZOVIVS *h)* nostrum ius vero hanc petendi facultatem intra tres menses restringit, quibus elapsis, vidua amittit ius eligendi tutores; et praeterea in poenam arbitrariam condemnatur.

Idem iure Hamburgensi statutum esse narrat CORDES *i)* at in eo differre illud ius *k)* a nostris statutis inveni, quod illud statuatur paenam eandem, quam ius civile minatur, in casu, si mater tutores petere intra definitum spatium neglexerit.

## C A P. II.

### TEMPORA LEGITIMA EX STATVTIS LVBECENSIBVS CIRCA PRAESCRIPTIO- NES, SVCCESIONES ET CON- TRACTVS.

#### §. I.

*Praescriptio biennalis in separatione liberorum occurrens.*

**O**rdinem articulorum in statutis collocatorum sequi, quum proposuerimus, pergamus hoc in capite, vti in priori inchoauimus. Diuersa occurrunt praescriptionis tempora, quae quidem

*h)* in definit. forens. P. II, Conf. XI, Def. 15, n. 6. fgg.

*i)* in diff. cit. Cap. I. §. 5.

*k)* Ius Hamb. P. III. tit. VI. art. 10.



dem systematico ordine pertractari possent *l)* at sequentes filium statutorum, inuenimus primum tempus, praescriptionis actionis personalis in art. 1. tit. 5. Lib. I. *m)*:

Illud nempe tempus, quod hic occurrit biennale liberis praescriptum est, qui matrimonii contrahendi causam cum parte bonorum ex communione cum parentibus segregati sunt *n)* et *berathene Kinder* nominantur *o)*, illisque impositum, ut eam portionem intra biennium, a tempore contracti matrimonii computandum, exigant. Elapso igitur per negligentiam non petentium termino, petendi via iure lubecensi praecclusa est.

Differt

*l)* Casus praescriptionis annalis iuris Lub. collegit et explicauit. HEINECIUS in diss. supra cit.

*m)* verba statuti haec sunt: *Giebt einer seinen Sohn oder Tochter in die Ehe, und sondert sie von sich mit beschiedenem Gut; was ihnen also mitgelobet worden ist, von des Sohns oder Tochter wegen, würde dasselbe nicht gefordert binnen den ersten zweyen Jahren, so haben sie darauf keine Forderung oder Anspruch, darzu man verbunden nach lubischen Recht; Es wäre dann, daß sie es mit gutem Willen hätten stehen lassen, und solches durch ehrliche Leute oder briefliche Urkunden beweisen würden.*

*n)* Communio bonorum, quae iure nostro inter parentes et liberos obtinet singulari modo, iuri communi quidem incognito, statuto tamen probato et recepto, dissoluitur. Diuisione seu Separatione et Segregatione germ. *Abtheilung, Absonderung, Abschichtung*. L. II. tit. II. art. VI. quae diuisio de qua MEY. ad h. a. agit in eo consistit, quod liberis certa portio ex communi bonor. massa assignetur, atque hos effectus producit, ut si illi certam suam portionem acceperunt in posterum ab hereditate parentum excludantur; nisi iure agnatorum admittantur: quod locum habet si parentibus demortuis nullum ab iis relictum existet testamentum, nullique liberi non separati, de quibus agit rev. DREYERS in *seiner Samml. vermischer Abhandl.* tom. I. p. 91. ideoque hanc separationem DD. legalem appellant exheredationem. MYSINGER Resp. 20. n. 60 et resp. 50. n. 20. GALLIVS in Observ. obs. 140. n. 13. de separatione ipsa pluribus egit CARMON de abdicatione liber. sec. principia iur. civ. morum germ. et iuris lub. Sect. IV. §. 9.

*o)* gen. de SELCHOW §. 501.



Differt in eo statuti sanctio, a iure communi, quod secundum huius dispositionem actiones personales tantummodo triginta annorum spatio praescribantur *p*), et a iure Hamburgensi, quo iisdem decennio inter praesentes, vicennio inter absentes sicuti in rebus immobilibus, praescribitur *q*), secundum ius nostrum, actioni personali, quae liberis tantum ex assignatione partis bonorum contra parentes competit, intra biennium praescribatur *r*).

Durum forsitan videtur, quod intra tam breue tempus tota portio bonorum, totaque hereditas liberorum possit amitti: sed si rationem supra allegatam perpendamus, et quod tres ipso articulo nominati dentur modi, quibus praescriptio interrumpi, et petitio salva seruari possit, non amplius hanc vituperabimus sanctionem: saluum enim manet ius exigendi portionem:

1) Si separatus intra biennium interpellauit parentem, hoc exinde colligendum est: quod, si non interpellet, *würde dasselbe nicht gefordert*, amittat petitionem; si igitur contrarium suscipit, conseruet eandem: deinde ex verbis ipsis articuli sequentis, cuius dispositio, licet de dotis praescriptione agat, ob paritatem tamen rationis hic locum habere videtur. En! ipsa verba huc spectantia: *Es könnten denn seine Freunde erweisen, dass er den Brautchatz gemahnet*. Interpellatione igitur semel interposita, ita interrumpitur praescriptio, vt exinde, quamquam non praestet debitum, non iterum currere incipiat: nam debitor per interpellationem in mora constituitur, quae secundum iuris ciu-

C 2

*p*) l. 3. et 7. C. de praescript. 30 vel 40 annor.

*q*) CODES, C. II. §. 17. stat. hamb. P. I. tit. 21. art. 2.

*r*) Tam breue tempus sancitum esse, ad negligentiam creditorum coerendam, lites amputandas et incertitudinem bonorum pro commerciorum vigore euitandam, adeoque boni publici gratia inuentum esse docet MEVIUS ad h. a. n. 7.



lis praescripta ita impedit praescriptionem, vt potius ab eo tempore usurae possint exigi s).

2) Si separatus cum parente conuentionem iniiit, de retinenda et non petenda portione. Transfunditur ita obligatio praestationis ex separatione, per nouationem in mutuum, quod vel statim facta separatione, vel interposita interpellatione, expresse vel tacite fieri potest. *Es wäre denn das: sie es mit gutem Willen hätten stehen lassen*; nam si alter post interpellationem t) retinet partem; alter vero retentionem fieri patitur, tacite consentire censetur; ideoque adest vtrinque consensus, qui conuentionem efficit u).

3) Remedium tertium ad interrumpendam praescriptionem in art. sequente legitur, sed ob paritatem rationis et hic applicari posse videtur: Consistit scilicet in denuntiatione coram magistratu a creditore facta intra annum et diem a tempore matrimonii contracti, se debitum exegisse x) *oder auch binnen Jahr und Tag sich bey den Bürgermeistern angegeben, und darvon protestirt, das er solches in der Güte gefordert, aber nicht bekommen können.* Quem modum, quum statutum praescribit, in eo sane tautologiam quandam committit, dum interpellatio iam ad interrumpendum cursum praescriptionis sufficiat: at quum ad maiorem securitatem conducatur, non est contemnendus, sed potius applicari meretur.

## §. II.

s) STRVVE Exercit. XXVII. Thef. 67.

t) nisi statim separatione facta conuentio de non petenda portione intra bienn. inita sit, solus bonus animus portionem apud parentem relinquere non sufficit, sed desideratur interpellatio ad interrumpendam praescript. Propositum enim in mente retentum nihil operatur teste STEINIO P. II. §. 152. Facta vero interpellatione, quamquam diutius filius eandem portionem apud parentes relinquat, ipsi semper salua manet petitio.

u) L. I. §. 2. 3. D. de Pactis.

x) Plura de hac protestatione, et de modo quomodo fiat, iuuenies apud STEINIVM P. I. §. 153.



## §. II.

*Praescriptio dotis promissae et exceptionis N. N. D. intra biennium.*

Eadem praescriptio iamiam confiderata, marito obstat ad excludendam dotis promissae petitionem, quae statuto ad certum et quidem breue tempus restringitur. Quum enim nullae lites ubique terrarum magis fatigent iudices, quamquae de dotibus oriri solent, Lubecenses existimarunt, ad illas minuendas breue spatium, biennii nempe, statuere, intra quod mariti dotem promissam petere debeant, nisi in posterum neglecto hoc termino, actione ad consequendam illam et exceptione non num. dotis priuati esse velint, art. 2. tit. 5. Lib. I. y).

Iure romano dos rite promissa peti potest actione ex stipulatu, eaque tamquam personalis et ciuilis intra 30 annos instituitur: At iure Lubecensi liberatur dotis promissor, ab obligatione ad dotem praestandam post biennii lapsum; si intra hoc spatium non est petita; vti die 15 Octobr. a. 1585 Lubecae pronuntiatum est in causa Hans Cramers contra Anton Bellingshausen. Deinde ius rom. maritum eiusque heredes priuat exceptione N. N. D. soluto intra biennium matrimonio, per annum,

C 3

soluto

- y) Verohligt sich ein Mann mit einer Jungfrauen oder Wittwen, den Brautchatz, welcher ihm mitgelobet wird, soll man mahnen binnen den ersten zweyen Jahren, thut er aber das nicht, so ist man ihme nichts pflichtig, die weil er denselben, zuwider dem lubischen Recht sehen lassen. Stirbet also der Mann, ob nun wohl ihr Brautchatz in sein Gut nicht geflossen ist, wann sie aber gleichwohl erweisen würde, das ihr solcher Brautchatz mitgelobet, wann sie es ihr nicht trauen wollen, so soll ihr dennoch derselbe aus seinen gesamten Gütern folgen, es könnten dann seine Freunde erweisen das er den Brautchatz gemahnet hat, und habe denselben mit gutem Willen sehen lassen, oder aber auch innerhalb Jahr und Tag, sich bey den Bürgermeistern angegeben, und darvon protestirt das er solches in der Güte gefordert, aber nicht bekommen können.



foluto intra decennium per tres menses, postea eadem plane cessante 2).

Contra ius Lubecense maritum eiusque heredes biennii angustis limitibus circumscribit; adeoque praecipit, ut eo mortuo post biennium dos tamquam illata praesumatur et ab heredibus mariti petatur a) modo probet uxor, eam fuisse promissam b), nec admittit exceptionem N. N. D.

Sed iisdem modis §. antecedente dictis durities huius praescripti mitigatur, iisdemque vigilando utentes mariti praescriptionem petitionis non modo euitant, sed potius except. N. N. D., quae iure rom. temporalis vel maxime est, perpetuare possunt.

primum: Si interpellauerit debitorem de dote soluenda -- *dafs er den Brautshatz gemahnet.*

deinde: si cum focero conuenerit, ut dos non soluta penes cum maneat: *dafs er ihn mit gutem Willen habe stehen lassen.*

tum: si interpellauerit intra annum et diem, et de non facta solutione coram consulibus protestatus sit.

Ceterum non ineleganter quaerit MEYIVS c) an articuli dispositio, etiam tunc applicationem patiatur, quando mulier ipsa dotem promittit, nec maritus eam intra biennium exegit? Quam quaestionem negatire decidit, et recte: tum quia articulus ob causae nouitatem strictissime interpretandus; nec ad casum uerbis non expressum proferendus est, tum quia non potest uxor negligentiam obiicere marito, utpote quem in eadem domo uiderit ferre matrimonii onera, suisque inuigilare commodis.

Quibus

2) auth. quod locum habet C. de dote cauta. item Nov. 100. c. 2.

a) Casus, in quibus hoc fit, recenset STEINIVS P. I. §. 155. p. 220.

b) Probatio promissionis sufficit, illationis uero non requiritur.

c) ad h. a. n. 13. eique adfentitur STEINIVS P. I. §. 157. p. 224.



Quibus et hoc argumentum accedere puto: nempe quum coniuges iure lubecensi in communione bonorum versentur *d)* et vxor marito promittat certam portionem ad communem massam conferendi, illi incumbit pariter ac marito, pro bono societatis curam suscipere; peccat utique illa contra pietatem, et fidem marito et communioni debitam non liberat, ideoque ipsi, heredibusque eius eandem partem promissam nec tamen illatam repetentibus, exceptio doli mali iure meritoque opponetur *e)*.

§. III.

*Fideiussor pro dote post biennium liberatur.*

Quum pro dote promissa danda recte exigantur et interueniant fideiussores *f)* de eorum obligatione art. 3. tit. 5. Lib. I. *g)* disponit statutum, eosque plane liberat si biennium exactioni praestitutum praeterlapsum sit.

Ex natura contractus fideiussionis et iure ciuili sequitur, vt fideiussor liberato debitore principali ipse liberetur *h)*, quia de regula non in amplius obligatur *i)* nisi id voluerit *k)*, quocum conuenit ius Lubecense, dum liberat eum, qui pro dote promissa securitatem promisit, si debitor principalis ab obligatione praesta-

*d)* L. I. Tit. 5. art. 6. IO. II. Lib. II. tit. 2. art. 2. 3. 8. 21.

*e)* HEINECCIUS de praescript. annali. etc. §. 31. in fin.

*f)* l. 55. D. de iure dotium. HERING de fideiussoribus Cap. 10. n. 269.

*g)* Wann einer Bürge wird vor Brautschatz und derselbe nicht wird gefordert innerhalb zweyen Jahren; so darf der Bürge darzu nicht weiter antworten.

*h)* l. 68. §. 1. D. de fideiussoribus.

*i)* l. 1. §. 4. D. de V. O. §. 5. I. de fideiussor. et mandator.

*k)* l. 54. c. 1. potest enim efficacius obligari l. 16. §. 3. eod. STRYK in Cautelis Contr. Sect. 2. c. 6. §. 17. 1q.



praestationis per praescriptam biennio exactionem liberatus est. Si vero interpellatus fuerit debitor principalis intra biennale tempus et non soluerit, manet obligatio fideiussoris etiam post biennium, nam articulus ita dicit: *würde derselbe nicht gefordert.* -- *Fordern* vero nihil aliud est quam interpellare.

Videtur mihi RICCVS V. C. l) in contrarium abiisse si ita verba fundit, "vnde est quod fideiussor dotis caussa datus, nisi ea intra praescriptum tempus fuerit exacta ultra biennii cursum haud obstringatur, vt adeo obligationem fideiussoris non ultra biennium extendere videatur; quod tamen contra sensum statuti est: Hoc enim non dicit, cessare obligationem fideiussoris si dos non fuerit exacta, sed si dos non fuerit petita; sequitur igitur, quod antea iam dictum, si fuerit petita, manere obligationem debitoris ideoque fideiussoris. Idem iure Hamb. statutum esse, obseruat CORDES m). At in alio casu vbi dos ex conuentione apud debitorem manet, (vid. § antec.) mea opinione liberatur fideiussor. Nam dos promissa amittit naturam dotis, et induit naturam mutui; fideiussor vero pro dote promissa, non vero pro mutuo, nisi aliter conuentum, securitatem promiserat.

#### §. IV.

#### *Praescriptionis rerum mobilium et furtiuarum item immobilium, tempus annale.*

Tempore praescriptionis in nonnullis actionibus personalibus pertractato, nunc ad tempus legale venimus, in praescriptione rerum obseruandum. Ius ciuile Iustinianeuum res mobiles trien-

l) de praeser. germ. Cap. VI. §. 4. p. 76.  
m) in diff. C. 2. §. 12.



triennio, immobiles vero decennio inter praesentes vicennio inter absentes vsucapi vel praescribi patitur *n*). Quum vero in genere leges salutis et commodi vniuscuiusque reip. rationem habere, adeoque ex formula ciuitatis esse ferendas oporteat, Lubecenses ob fauorem commercii *o*) et vt dominia rerum sint certa et determinata, nec minus dissidia et lites, quae merito mercaturae commerciorumque pestes appellaueris, euitentur, breuius tempus, idemque a iure ciuili et nonnullis Germaniae iuribus *p*) diuersum, ad excludendam vindicationem rerum mobilium et immobilium statuerunt *q*). Annus et dies igitur terminus legalis praescriptionis in mobilibus et immobilibus est: et primo quidem locode mobilibus art. 1. tit. 8. Lib. I. r) praecipit,

*n*) pr. 1. de vsucap. L. vn. C. de vsucap. transformanda. Ex plurimis, quae de vsucap. et Praescript. agunt scriptis, liceat mihi nouissimum nominare, quod edidit RAVE sub tit. Principia vniu. doctrinae de praescript. len. 1766. cuius iteratam editionem curauit I. B. C. EICHMANNVS. len. 1780.

*o*) in emptoriis obseruat HEINECCIUS in diff. cit. §. VI. praescriptionis tempus breui admodum spatio circumscriptum esse debere, et autores qui id confirmant allegat. STRJNIVS P. II. §. II. nec minus Generol. de SELCHOW §. 563. idem obseruant.

*p*) quae exhibet HEINECCIUS §. XIX. Statutorum Hamb. conditores secuti sunt ius ciuile. P. I. tit. 21. art. 1. et 2. stat. hamb. nisi exceptionem faciant in bonis, quae mari in terram Hamburgensem translata sunt: vbi praescriptionem anni et diei C. II. tit. XIX. art. 3. permittunt.

*q*) Sic breuiora tempora in aliis praesertim septentrionalibus regionibus passim praescripta vidcas. Statuta Slesuicentia ita sanciunt: *We des andern Erde bekümmert mit Huesz/ettingen oder mit Timen, und uert darumme angeverdiget, hefft he dat vrede/amigen beseten Jar und Dag he wyne de Erde mit twelfen de ock Erde hebben.* et Statuta Rigenia cum iure Lubecensi conuenire refert RICCIVS C. VI. §. 4.

*r*) *Alles das Gut, das in diese Stadt kompt, doch nicht über See, und Sand, und ein Mann bey sich hat Jahr und Tag, mag er solches*



quod omnia bona, quae terra, non mari in urbem deferuntur, per annum et diem possessa, nemo vindicet, aut ut furtiua vel rapta repetat. Quum vero quodlibet statutum iuri communi derogans, strictissime sit accipiendum ideoque ultra casus expressos non extendi possit, sequitur iuris nostri praescriptionem ad res furtivas et ad eas, quae contra domini voluntatem et scientiam ex ipsius possessione in alienam sunt translatae, esse refringendam: praecipue, quum in aliis transmutationibus possessionis rei, quae per contractum locationis conductionis, commodati aut depositionis fiunt, domino nulla competat, contra tertium eiusdem rei possessorem vindicatio, sed tantummodo actio contra contrahentem, ob generale principium: *Hand muss Hand wahren* u).

Obiecta articuli sunt igitur res furtivae et alio modo amissae, quas si alter bona fide et iusto titulo per annum et diem possidet, contra domini vindicationem praescribit, nec tanquam possessor rei furtivae conveniri potest. Cui non obstat art. 4. tit. I. Lib. IV. ubi de modo procedendi agitur, si dominus rem suam sibi furto ablatam penes alterum inueniat; nam illius dispositio locum tenet, antequam res praescripta fuit.

Manet igitur inconcussum, finito anno et die, nullam rem tanquam furtivam repeti posse, quod et in praxi observari, docet MEYER x). Haec itaque dispositio aduersatur penitus iuri antiquo civili, secundum quod ne quidem longissimo tempore res furtivae

*Beweisen, so kann ihm das niemand mit Recht abgewinnen oder für gestohlen und geraubt Gut ansprechen: Doch so ferne derjenige, der solch Gut ansprechen will, auch binnen Landes gewesen.*

s) RICCIUS cap. VI. §. 4. p. 72. MEYER ad h. a. in addit. ad n. 26.

STEINIVS P. II. §. 16. HEINECCIUS §. 22.

t) Generol. de SELCHOW §. 595.

u) L. 3. tit. 2. art. 1 et 2, iur. Lub.

x) l. cit.



uae usufruptionem patiuntur *g*), sed cum nouiore, quod longiff. temp. praescript. in furtiuis b. f. possessis permittit rebus, magis conuenit *z*).

Verba, quae initio articuli inueniuntur *— doch nicht über See und Sand* varie DD interpretantur, vt HEINÆCCIUS *a*), cuius tamen sententiam non adoptamus. verior scilicet esse videtur sententia, quam STEINIVS *b*) tenet; et quae haec est: Exceptionem hanc non ita intelligendam esse, ac si res mari allatae intra annum et diem praescribi non possent, sed potius hoc innuere illam: de praescriptione rerum per mare allatarum alio loco aliudque dicendum esse *c*), quod etiam in art. 5. et fin. tit. 5. Lib. 6. inuenimus *d*), ubi sancitum est: omnia bona (*Alles gut*) per mare allata et per annum et diem possessa, possessori manent, nec vt furtiua aut rapta repetuntur *e*). Non haeret igitur dubium, quin res easdem et praescriptione annali subiaceant, praecipue, quum eadem iure Hamburgensi praeepta inueniuntur *f*).

Conditiones vero, sub quibus vsus praescriptionis in omni casu permittitur, haec sunt.

1) Si probet possessor, se possidisse

D 2

sedisse

*y*) Lex duodecim tab. ita: rerum furtiv. aeterna auctoritas esto. §. 2 et 8. J. de Usucap. l. 3 et 4 C. de Praescript. 30 vel 40 annor. cf.

RAVE cit. §. 27. p. 42.

*z*) RICCIUS cap. VI. §. 4.

*a*) §. 22. saepe cit.

*b*) P. II. §. 14. p. 14.

*c*) Breuitatis studium, quod ubique in statutis obseruatum est, et hic obseruarunt conditores.

*d*) verba haec sunt: *Also auch alles Gut; welches über See und Sand kommen und jemand Jahr und Tag bey sich gehabt, kann er solches beweisen: so bleibet er billig darbey, ob es gleich für gestohlen oder geraubt Gut angesprochen, doch so ferne derjenige binnen Landes gewesen, der die Ansprache thut.*

*e*) Genetof, de SELCHOW §. 563.

*f*) loco supra cit.



fedisse rem praescriptam per tempus lege definitum. Iniungitur illi tantummodo probatio possessionis iustae, non bonae fidei; ex quo colligendum esse putat STEINIVS, g) horum requisitorum, ante receptionem iuris romani et can. nullam fuisse Lubecae attentionem; at contrariam tuentur sententiam MEYVISH) et viri illustres atque consultissimi MEISTERVS i) et de SELICHOW k). 2) Vt ille, cui praescriptio opponitur intra territorium fuerit l); nam si eum extra territorium ciuitatis abfuisse constat; ei, ex quo notitiam rei sibi acquisiuit, annus demum et dies ad res suas repetendas currere incipit m). Res immobiles eodem tempore n) quo mobiles, anno et die, praescribuntur; et eadem, quae de illis obseruauimus, et hic locum tenent, nisi, quod addendum sit, intra hoc tempus, non modo possessionem rei immobilis, sed etiam omnes quaestiones, quae de illa re moueri possint; et intra hoc tempus neglectae sunt, amplius non admitti.

## §. V.

*Publicatio testamentorum intra mensem fieri debet.*

Quum testamentorum apertura et publicatio necessitatis sit, vt per illam intelligant ij, quorum interest, contenta testamenti

g) P. II. §. 10. et 14.

h) ad h. a. n. 38.

i) in Diff. de fide eiusque iure in vscap. et praescript. T. I. p. I. Opascul,

k) §. 565. elem. iur. germ.

l) *dass er innerhalb Landes gewesen.* Land, significare ciuitatem eiusdemque ditionem superflue ostendunt HEINECCIUS §. 21. et STEINIVS P. I. §. 179.

m) Lib. 3. tit. 6. art. 3. et Lib. 5. tit. 6. art. 1. Iur. Lub.

n) art. 3. tit. 6. Lib. III. ita sonat: *Wili jemand verkauffte liegende Gründe, stehende Erbe und Rente* (haec bonis immobilibus aequiparantur)



menti et voluntatem defuncti, per hanc autem publica fides testamento accedat, requirit ius ciuile, vt adeatur iudex, qui citatis ad recognitionem subscriptionis et sigillorum testibus, super testamento pronuntiet, idque pro publico declaret o).

Ius Lubecense vero testamenta priuata plane ignorans, diuersum a iure ciuili modum testamenti condendi introduxit; omnia enim testamenta nuncupatiua coram duobus Senatoribus p) conduntur, q) scripta vero iis traduntur r), ideoque singulare modum publicationis inuexit, constituens in art. 11. Tit. 1. Lib. II. s) testamenta in scriptis confecta et porrecta certis senatoribus ad id deputatis, defuncto testatore in iudicio ad relegendum vt producantur, eoque ipso pro publicatis habeantur.

## D. 3

## Haec

rantur) ansprechen, der soll es binnen Jahr und Tag thun. Nach dieser Zeit soll er nicht zugelassen werden, er beweise denn, das er ansserhalb Landes gewesen: so hat er noch a tempore scientiae Jahr et Tag.

o) L. 4. D. testamenta quemadmodum aperiantur et inspiciantur.

p) Hi Senatores, Testamentarii nominantur, et officium eorum in eo consistit, vt vltimam voluntatem tueantur, provideant et curent, ne quid in testamento sine exitu et effectu sit fancitum: porro assistant iis, quibus ex testamento debetur, vt suum consequantur. Plura de iis eorumque personis et officiis vid. apud M. E. V. ad art. 15. tit. 1. Lib. 2. et STATINIVM P. II. §. 185. p. 258.

q) art. 2. tit. 1. Lib. 2.

r) art. 4. eiusd. tit. et Libr.

s) articuli verba haec sunt: Alle Testamente sollen durch die verordneten Testamentarien binnea Monatszeit gerichtlich producirt und verlesen werden, es wäre denn das Ferien oder andre Verhinderungen dem Rathe vorkömen: so sollen sie sich gleichwohl bey dem wothabenden Bürgermeister angeben, das sie damit gefasst, und das an ihnen die Schuld nicht sey, und alsdenn den folgenden Rechtstag mit dem produciren fortfahren.



Haec publicatio *t*) intra mensem est instituenda, qui mensis triginta dierum est *u*) communi computatione, et statim a morte testatoris currere incipit. Sed quaeritur forsitan de vinculo, quo adstringantur necessario honorati, ut actum publicationis intra tempus praefinitum suscipiant? Responsum hanc cape, si culpa praetermissa publicatio, et exinde cuiquam testamento institutorum enatum sit praesudicium, negligentes ad damnum praestandum tenentur *x*); nam testamentum ipsum ob neglectam intra legitim. tempus publicationem a validitate sua nihil amittit.

Ceterum si aliunde impedimentum exoritur, per quod publicatio ultra mensem differtur, e. g. si feriae intercedunt, testamentarii tenentur, indicare publicationem consuli regenti *y*), ut in proxima iuridica ea defungantur.

§. VI.

*Tempus intra quod bona hereditaria naturam bonorum vacantium induunt.*

Idem tempus praescriptionis annalis de quo §. IV. egimus in casu obtinet, qui in art. 4. tit. 2. Lib. 2. legitur *z*).

Quo-

*t*) Modum publicationis docet STEINIVS lib. saep. laud. P. II. §. 185. et MEVIUS ad h. a.

*u*) teste eodem MEV. n. 28. Decretum exstat Senatus, quod praecipit, ut publicatio testamentorum intra quatuor hebdomades fiat, vid. DREYER p. 304.

*x*) STRUVII *Verfassung der landüblichen Rechte* Lib. 2. tit. 28. §. 3.

*y*) dem worthabenden Bürgermeister i. e. Consuli qui in Senatu praesidet, omniaque dirigit, quae in eo fieri debent.

*z*) *Stirbet jemand ohne kindige Erben, sein nachgelassen Gut soll man dem Rathe überantworten, zu bewahren Jahr und Tag, würde sich aber binnen Jahr und Tag niemand angeben, noch wie Recht dazu zeugen lassen, so ist das Erbgut dem Rathe heimgefallen.*



Quoties enim quis Lubecae diem obit supremum; de quo, quis cuiusue conditionis sit, quosue heredes, vel testato vel ab intestato reliquerit, nemini compertum est, toties annus et dies expectandus est, an forte veniat, qui se heredem defuncti profiteatur.

Vt vero bona hereditaria interea bene custodiantur dispositum est, vt senatui offerantur *a*). Anno autem et die elapso nemineque comparente, qui ius hereditarium suum probet, hereditas pro destituta ac vacante declaratur, et a fisco occupatur. Duas hic continet articulus constitutiones:

Prima, quae nos praecipue tangit, tempus concernit, intra quod heredes ignoti hereditatem petere debeant, aut intra quod, nemine herede comparente, seu in probatione deficiente hereditatis bona fiant vacantia. —

Altera successorem in eiusmodi bona definit.

Tempus illud, intra quod hereditatis petitio contra magistratum institui debet, respectu illius, intra quod ius rom. hereditatis petitionem permittit, perquam breue est, et inde ab eo valde differt. Sed nihilominus cum principiis iuris germanici antiqui conuenit, vti id docet HEINECC. *b*).

Iure ciuili hered. petitioni non nisi 30 annis praescribitur *c*); secundum statuti sanctionem vero anno et die. Caeterum haec intelligenda sunt de casu, si de heredibus plane non constet, iique praesentes sint; nam absentes et hoc in casu eodem gaudent beneficio, quod in omni praescriptione secundum statuti Lubecensis principia absentibus competit, quod nempe illis non

*a*) idem iure Saxonico L. I. art. 28. n. 11. des Landrechts, dispositum est, nec minus congruit cum iure ciuili Nov. 11. c. 6.

*b*) §. XXV. diff. cit.

*c*) L. 7. C. de hered. petitione.



non currat praescriptio *d*), aut potius a tempore scientiae demum incipiat currere; *e*) in quo etiam ius Hamburgense mirum in modum conspirat *f*). Pro auertendis controuersis in hac re facillime surgentibus cautelas dat MEYIVS *g*).

Quis vero accipiat bona hereditaria, extra dubium est. Bona enim herede destituta pro vacantibus declarantur, et in Germania fisco cedunt *h*). Quum vero Lubeca vi superioritatis territorialis *i*) iuribus fisci munita sit, existit ipsa illarum rerum hereditiarum heres *k*), quod eleganter docuit vir pie colendus HERM. D. KROHNIVS *l*).

#### §. VII.

#### *Praescriptio legati conditionati intra annum.*

Idem annale tempus obtinet, si testator proximis agnatis legatum reliquit sub ea conditione, ut probent se esse proximiores: confer sis art. 9. tit. 1. Lib. 2. *m*). Quilibet enim, qui

*d*) Lib. 1. tit. 8. art. 1. stat. Lub.

*e*) art. 3. tit. 6. Lib. 3.

*f*) P. III. T. 3. art. 18. stat. Hamb.

*g*) ad h. a. n. 20. 21.

*h*) AYERER de iure occupandi bona vacantia, СОСЕРИ de bonis vacantibus thes. II. gen. de SELCHOW §. 657. elem. iur. germ.

*i*) idem in Elem. iuris publ. §. 425. qui et locum I. P. O. nempe arti 8. §. 4. recitat.

*k*) in diplomate Friderici Imperatoris, quo Lubecensium Privilegia anno 1188 confirmauit, legitur privilegium idem statuens intuitu bonorum vacantium, quod Lubecae hodie de iure competit. vid ENGELBRECHT in Observ. forens. p. 459.

*l*) in diss. de Successione fisci, quam in eius triga dissertationum ad ius Lub. sub praesidio Winkleriano defensarum, p. 58. 105 inuenies.

*m*) giebt jemand in seinem Testamente seinen naechsten Erben ein Legatum, doch mit dem Bescheide, das sie sich die Naechsten darzu zeugen lassen



Lubecae testamentum condit, heredibus suis proximis certam pecuniam relinquere debet n). Omnes autem heredes, etiam si sint liberi, qui ab intestato succedunt, probare debent, se esse proximos, et ad successionem capaces, quod dicitur *Nachstzeugen o*), et fit per testes idoneos coram senatu, aut nonnullis personis a senatu ad eundem finem deputatis; plura refert *Cocceii \**).

Quae cum ita sint, fieri potest, ut testator ipse ignoret, quinam sint proximi eius cognati, atque dubitet, eos esse tales, qui ita se gerunt, uti casum in terminis iuuenies apud *STEINIVM \*\**) ideoque cautelae causa legatum iis sub hac conditione relinquit, ut probent se esse proximiores.

Hoc in casu disponit statutum, ut heredes actum probationis intra annum et diem suscipiant, quem si negligunt nec ommissionis iustam causam allegare queunt, omittunt legatum. Magnam hic a iure ciuili inuenimus differentiam. Illud enim probationem eiusmodi tamdiu admittit, quamdiu legatum peti potest, nempe per 30 annos p). Praescriptione iure Lubecensi locum inue-

lassen sollen: so müssen sie dem also nachkommen, und sich in gebührender Zeit binnen Jahr und Tag, von dem Tage anzurechnen, auf welchem der Testator verstorben, zu dessen nachgelassenen Gütern sich die Nahesten zeugen lassen: Geschicht das nicht, so ist solch Legatum dem gemeinen Gute verfallen.

n) Lib. 1. tit. 9. art. 2. Lib. 2. tit. 1. art. 12. Summa, quae in his articulis exprimitur in 3 solidis et 4 nummis sexta parte Ioachimici, monetae Lubecensis consistit; quae tamen summa, per Decret. Senatus de anno 1717. ad aureum nummum est extensa vid. *DREYER* Einl. p. 317.

o) Lib. 2. tit. 1. art. 12. et tit. 2. art. 14. et 32. *STEIN. P. II. §. 171*, in Disc. ad L. 2. tit. 2. iur. Lub. c. 7.

\*) l. c.

p) L. 3. C. de praescript. 30 vel 40 annos.

E



inueniente, legatum remanet apud heredes testamentarios, et in eo congruit statut. cum iure ciuili *q*) quamquam MEVIUS *r*) et cum eo STEINIVS *s*) et HEINECCIUS *t*) contrarium affirmant.

Hi enim legatum deficiente ista conditione ad fiscum deferri statuunt, et quidem ob rationem a MEVIO allegatam, et a ceteris sine dubio subintellectam, quae ex verbis: *so ist folth Legat dem gemein Gut versallen*, inducitur. Etenim MEVIUS verba *gemein Gut* non de hereditate accipit, sed de aëratio reip. seu ciuitatis, atque ad suam stabiliendam interpretationem facere arbitratur locum in art. 4. tit. 3. L. h. obuientem, vbi bona ciuitatis *gemein Gut* nominantur.

Sed saluo tanti viri, eorumque, qui eius vestigia presserunt nomine, errorem illi in hac explicatione mihi videntur commisisse: Bona enim, quae in art. 9. sub voce *gemein Gut* obueniunt significant totam hereditatem, id quod docent articuli sequentes *u*) eiusdem tituli, vbi de eadem materia agi, facile inspicienti patet: bona vero, quae in art. 4. cit. obueniunt de bonis ciuitatis sunt intelligenda; quod rubrica eiusdem tituli indicat, *von gemeinem Stadtgut*.

Multum igitur interest, vtrum articulum nostrum de bonis ciuitatis, an hereditatis loquentem accipiamus, et ex mea explicatione sequitur, eundem secundum iuris rom. principia esse intelligendum. Praecipue quum idem disponat ius Hamb. *x*) et

*q*) l. 3. C. de condict. infertis l. vn. C. §. 2. et II. de caducis tollendis.

*r*) ad h. a. n. 10.

*s*) P. II. §. 174.

*t*) §. XXIV. et XXVI.

*u*) art. 26. 27. et 30.

*x*) P. III. tit. 2. art. 2.



et statutum, quando aliquid fisco acquiri iubet, his verbis: so  
soll es dem Rathe heimfallen, vtatur.

Mouit sine dubio *MERVIN* antiqua legis Papiæ Pop-  
pæe sanctio, secundum quam legata, cuius conditio deficiebat,  
caduca fiebant *y*) et fisco acquirebantur, nec non similitudo  
vocis *gemcin Gut*, quæ et in nostro art. et in altero iam deno-  
minato obuēnit.

§. VIII.

*Tempus legitimum uxori in usu beneficii cessionis bonorum  
praescriptum.*

Quum communio bonorum germanica inter coniuges, eius-  
que effectus iure ciuile sit incognita, sequitur neutrum eorum  
eodem iure obligatum esse ad soluenda debita alterius *z*): at  
longe aliter res sese habet iure nostro, secundum quod cummu-  
nio bonorum inter coniuges vniuersalis obtinet *a*) et inter plu-  
res effectus, *b*) illum praecipue notabilem producit: quod super-  
stes coniux, si liberi ex eodem matrimonio sunt nati *c*) ad aes  
alienum defuncti coniugis soluendum sit obligatus *d*). Duæ ta-

E 2 men

*y*) de quibus agit *HEINECC.* ad Leg. Pap. Pop.

*z*) totus titulus, cod. in vxor pro marito, vid. *GERDESIVS* in differentiis  
iuris com. et Lubecens. n. 76.

*a*) Lib. I. tit. 5. art. 6. et 10. Lib. 2. tit. 2. art. 2. 3. 8. stat. Lub. cf.  
*STEIN.* P. I. §. 109. p. 146.

*b*) quos de communione bonor. vniu. recenset *Generos.* de *SELCHOW*  
§. 472. elem. iur. germ.

*c*) Lib. I. tit. 3. art. 7. iur. Lub. *STEIN.* P. I. §. 130. 133. P. III. §. 40.

*d*) *Gen.* de *SELCHOW* §. 475. *J. H. BOEHMERVS* de aeris alieni  
inter coniuges hamb. communione §. 19. sq. stat. Lub. I. c. *STEIN.*  
P. I. §. 132. p. 179. *MEV.* ad art. 7. Lib. I. tit. 7. n. 3.



men dantur cautelae, quibus adhibitis, vxor ab hac obligatione liberatur.

- 1) Si tempore initi matrimonii per pacta dotalia partem bonorum suorum a communione eximit.  
 2) Si moto concursu creditorum flebili vtitur beneficio cessionis bonorum e) quod illi in art. 10. tit. 1. Lib. 3. conceditur f).

Continet art. hic duo tempora; nempe praescribit firmum intra quem a creditoribus inuentarii confectio fieri debeat; quum vero hoc ad tempus processus pertineat de eo alio loco, hoc vero de semestri spatio, intra quod cessio bonorum fieri debeat, agemus.

Disputant quidem DD g) de sensu verborum *Dachdings austragen*; sed nostrum non est inquirere ac diiudicare quis rectam, quis falsam elegerit sententiam, praecipue quum omnes in eo conuenire debeant atque reuera conueniunt; remedium illud esse, per quod vxor bona sua, quae extra communionem cum marito habet, aut sperat, sibi suisque liberis a creditore rapacitate seruare queat, dummodo intra sex menses in iudi-

e) gen. de SELCHOW §. 475.

f) verba haec sunt: *Stirbt ein Mann in Schulden vertieft, und solches offenbar, sollen seine nachgelassenen Güter innerhalb 6 Wochen a tempore scientiae von den Creditoren inventirt, und so man will, versteigert werden: Darnach muss sich seine nachgelassene Wittfrau mit Vormündern versehen und in 6 Monat bergen und Dachdings austragen, so ferne als sie beerbt, und muss also Haus Erbe und Güter mit einem Rock und Heuken, nicht dem besten, auch nicht dem ürgsten, räumen.*

g) AYRER f. eius resp. KIENEMANN in diss. de debitore obaerato eiusque vidua seu vxore sese seruante per benef. renunt. pactor. nuptial, in qua articul. latissime explicatur. C. 2. §. 18. p. 172. per DACHDINGS intelligit pacta dotalia et *austragen* renuntiare.

MANTZEL in diss. non minus eleganti de vidua vel vxore Lubec. per cessionem illatorum se suaque futura bona saluante §. 8.

*Dach-*



cio h) declaret, se cedere velle illata, petat tutores et actude-  
relinquat domum et omnia bona, quae cum marito communia  
habebat, saltem tunica et palla mediocri tantum retentis.

Tempus igitur, intra quod hic actus fieri debet, semestre  
est secundum statuti praescriptum, quo elapso, neque cessione  
facta, censetur vxor sese immiscuisse, creditoribus in posterum  
teneri, nec beneficio hoc amplius frui posse, vti iudicatum a.  
1627. die 26 Iunii in causa *sect. M. S. nachgelassene Wittve und  
deren Vormünder*, quod exhibet BROKES i), cui simile decre-  
tum quoque allegat STEINIVS k): eo autem obseruato ab  
actionibus creditorum liberatur, quod probat praaxis l) et omnes,  
qui in hunc articulum commentati sunt DD m), affirmant. *enoi*  
Incipit autem hic terminis semestris ab eo tempore, quo  
maritum soluendo non esse notorium fuit, ideoque concursu

*Dachdings* *infragen* ita describit; quod sit explicatio desiderii sui  
(nempe se cessuram fore omnibus illatis) certo et determinato die  
iudicii: quocum consentit H. BROKES, quondam Lubecenium de-  
cus, in *select. observ. forens. obs. DLXXXII.* conuenit nimirum ho-  
rum virorum opinio cum antiquioris codicis iur. Lub. verbis, quae  
allegat ill. DREYERVS in *seiner Einl.* p. 305.

l) ad hanc cessionem necessario requiri actum iudicalem et publicum,  
sequitur non modo ex natura negotii; dum impetratur beneficium  
a iudice, et ad omnium creditorum notitiam peruenire debet; sed  
in eo omnes DD. consentiunt. DREYER. p. 305. AYRER. §. 18.  
MANTZEL. l. c. STEIN. P. III. p. 41. quomodo in causa *Bensers  
Wittve contra Schwügers Ehefrau*, de qua respondem nomine facul-  
tatis dedit Perill. PÜTTERVS, quod in eius *auserlesenen Rechts-  
sällen* P. I. Dec. XXIII. p. 261-275. inuenies, de eo disceptatum sit:  
et praaxis affirmat. vid. Perill. PÜTTERVS l. c. et BROKES l. c.

i) l. c. p. 605.

k) P. II. §. 39. p. 43. \*

l) decreta collegit BROKES. l. c.

m) Perill. G. L. BOEHMERVS, praeceptor meus ad cineres vsque colen-  
du, in *diff. de iuribus et oblig. coniugis superstitis ex communiione bo-  
not. vniu.* §. 27. AYRER. §. 19. MANTZEL §. XI. STEIN. P. I.  
§. 136. \*\* P. III. §. 39. in fin. MEV. ad h. a, n. 80.



creditorum excitato: vti verba articuli satis clare indicant *und solches offenbar* etc. *Darnach muss sich seine nachgelassene Wittwe* etc.

Recentiori vero tempore hic terminus in annum mutatus est sicuti extractus ex communicatione placitorum fenatus cum ciuibus (*Bürger Sprache*), de qua vid. DREYERVS, id indicat, sed ita vt cessio haec intra annum fiat, a tempore mortis mariti computandum, qui obaeratus decessit.

Per hoc vero mihi nil aliud, quam longius deliberationis vxoris tempus videtur esse inductum.

Ceterum beneficii huius vsum etiam vxori, superstitute adhuc marito competere, extra dubium est, quum pro hac opinione, et ratio legis, et analogia statutorum *o*) et praxis *p*) et Doctores *q*) militent. MEYERVS verba haec sunt: quod de mortuo debitore statuitur, idem ex eadem ratione pertinet ad quosuis casus, vbi concursum creditorum fieri opus est, siue bannitus sit maritus, siue fugitiuus, siue in ciuitate remanens bonis cedat.

*n*) p. 100. et 304. *seiner Einleit.*

*o*) art. 3. h. tit. et Lib.

*p*) vid. eadem causa, a me iam citata a Perill. PÜTTERO l. c. pertractata, et a CRAMERO, in *seinen woxelarischen Nebestunden* P. 33. p. 34. postquam de ea ad summum tribunal imperiale alicum fuit appellatum, reperita.

*q*) MANTZEL §. XIII. AYRER §. 21. MEYERVS ad h. a. 21.



---

---

*T H E S E S.*

---

I.

*Duorum locorum cuius aliquis esse potest, vnius originarius, alterius vero assumtus.*

II.

*In praescriptione actionis personalis b. f. non attenditur.*

III.

*Subbatio in alienatione rerum minoris necessitatis non est.*

IV.

*Tacitum pignus, quod pupillus in bonis tutorum competit, heredibus eorum non datur.*

V.

*Aduenae crimen caesae maiestatis possunt committere.*

VI.

*Transactio ob laesionem enormem non rescinditur.*

---



T H E S E S

I

Norma locorum civilium aliquid esse potest cuius dignitas  
vires aliter esse ostenduntur.

II

In praesentibus actionibus personarum d. f. non attenditur.

III

Substantio in alienatione certam minoris necessitatem non est.

IV

Tactum pignus quod pupillis in bonis informis competit  
betheum coram non habet.

V

Adversus cunctas causas mandatum possunt committere.

VI

Transactio ob lesionem enormem non rescinditur.





Göttingen, Diss., 1780

ULB Halle

3

005 301 424




Sb.











1780, 7 9

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
**TEMPORIBVS LEGITIMIS**  
EX  
STATVTIS LVBECENSIBVS COLLECTIS  
EORVMQVE CVM DISSONANTIA, TVM  
CONVENIENTIA CVM IVRE CIVILI.

1780

Q V A M  
**SVB AVSPICIIS REGIIS**  
ILLVSTRIS  
ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO  
*SVMMIS IN IVRE CAPESSENDIS HONORIBVS*  
PVBLICE DEFENDET  
**LVDOVICVS MENTZE.**

LVBECENSIS.

DIE XV. IVNII MDCCLXXX.

GOTTINGAE  
*Litteris IOH. CHRISTIAN. DIETERICH*  
ACAD. TYPOGR.

